

www.e-rara.ch

**Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini,
medici & philosophiae professoris, libri XXI**

Gessner, Conrad

Tiguri, anno 1548

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 5.13,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1936>

Partitionum universalium liber IX. De astrologia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER IX. DE ASTROLOGIA.

HVMANISSIMIS VIRIS IOAN. MONTANO

ET VLTRICO NEYBER, TYPOGRAPHIS NORIM-
bergæ clarissimis, Conradus Gesnerus S. D. P.



COLLECTANEORVM nostrorum cur hanc præcipue partem, humanissimi uiri, uestram esse uoluerim, si nulla potior causa uobis probeatur, hanc saltem non reijcietis, quod alijs quoq; non obscuris quibusdã typographis libellos aliquot dedicauerim, non eius quidem generis in quo singuli maxime præcelluissent (quid facerem enim ubi plures in eisdem excellunt?) sed in quo uel paucas insignes lucubrationes edidissent. Eodem nunc instituto uobis hanc opellam inscribo, quod eximios quosdam astrologiæ professionis libros uestra opera publicos esse factos audiuerim. Cuiusmodi sunt, Aboali de iudicijs natiuitatum, Io. Schonerus de natiuitatibus, Observationes Ioan. Regiomontani, De iudicijs auræ Io. Vuernerus: & præter mathematica, Martini Lutheri Postillam (ut uocant) patribus familiã accommodatam Germanice: & commentarios eiusdem in Ioël prophetam à morte ipsius per Vitum Theodorum editos: cuius itidem non paucos in re theologica libros ex officina uestra prognatos audio. Reliqua uestra propter loci interuallum, quo distamus hæcenus uel non uidi uel non obseruauit: obseruabo autem posthac diligentius & suis quæq; Bibliothecæ nostræ locis inseram, si uixerò, ut proposito meo satisfaciã, idq; eò maiori studio, quò gratiorem uobis hanc dedicatiunculam fuisse intellexerò. Hoc unice & intimo pectore uos obsecro & adhortor, ut astrologiã physicam potius, & ad communia aliqua uitæ humanæ opera utilem, quæ naturæ & corporum terminos non transgreditur, prælis uestris & publica luce dignam existimetis: quàm superstitiosam illam & diuinatricem, quæ fato syderum, ἡμαρτυρία Græci dicunt, cum in alijs rebus nimium attribuit, tum animos etiam hominum, mores & actiones omnes, fortunamq; ipsam, & omnes mundi mutationes, ut ne religioni quidem parcat, eius uel imperio uel certæ significationi subijciat. Quam quò melior, sanctior atq; doctior uir hæcenus quisq; fuit in religione nostra, eò fortius contempsit, & impiam iudicauit: quò contra quisq; à fide nostra alienior, tanto maioris fecit. Imò in gentiliū etiam philosophia, qui præstantiores habentur, ferè omnes, minus eam coluerunt: magis qui indoctiores, quod & hoc tempore contingit, ubi multi & sacris literis posthabitis & optima ueterum philosophia neglecta, impios quosdam philosophastros & Chaldaeos secuti, quicquid unquam aliquis astrologiæ attribuit, recte fieri posse contendunt. Et huiusmodi atheos uates non pleriq; modo principes; sed etiã pròh dedecus ecclesiæ pontifices apud se fouent. Verum hæc illis accuratius discutienda relinquo, qui simul & artis huius peritiam, & Christianæ theologiæ cognitionem habeant: qui soli cum recte iudicare quid boni quid mali astrologia secum uehat, tum prauas aliorum opiniones redarguere poterunt. Quod quidem Georgium Ioachimū Rheticum doctissimum in Academia Lipsica Mathematicum professorem, breui publico scripto effecturū expectamus. Qui mihi humanitatem quoq; uestram adeò prædicauit, ut libentissime hunc uobis libellum nuncupauerim, quem uos ut æqui boniq; consulere, & omniã amici hominis officia de me uobis polliceri uelitis, oro. Valete. Tiguri, quarto nonas Februarij, anno Salutis 1548.

TITVLI LIBRI IX. DE ASTROLOGIA.

- | | |
|---|---|
| TITVLVS I. De astrologia in genere, encomia eius, reprehensiones, apologiæ. | qui totam astrologiam complexi sunt. |
| II. Introductiones seu institutiones, electiones, interrogationes. | IIII. Quatenus astrologia medicis sit usui. |
| III. De iudicijs astrologicis præcepta uniuersalia Ptolemæi & aliorum: siue, De authoribus | V. De prognosticis ex astrologia in temporum et tempestatum mutationes, in genere. |
| | VI. Genethliologica, quod ad iudicia natiuitatum & reuolutiones. |

TITVLVS I. DE ASTROLOGIA SIVE

ALTERA PARTE ASTRONOMIAE, QVAE
de iudicijs est, cuius praefagia sunt, licita & illicita,
in genere. Encomia eius, Reprehen-
siones, Apologiae.



COELI enarrat gloriam dei: libellus astrologi-
cus hac inscriptione, p-
pter initiu libri, autho-
re incerto, paulo maior
sesquicharta, impressus
Lugduni 1508. in 4. cum Amico medi-
corum Ioannis Ganiueti. Ex praefa-
tione. Aliquid scribetur de operationi-
bus caeli, sequendo scripta Ptolemaei,
Almanforis, & aliorum sapientum, pro
tutiori regimine hominum. Ex fine li-
bri. Ista collectio aliquarum Conclu-
sionum astronomicarum, non est ordi-
nata ad modum quo consueuerunt astro-
logi per ordinem duodecim domorum:
sed per materias & per conclusiones bre-
ues, quae possunt uocari, Aphorismi
astrologorum: uel a principio suae deno-
minationis, Coeli enarrant.
De iudicijs astrorum, Thomas Aquina-
nas.
Per astra diuination, Vincentius 3. 3.
28.
Astrologi quidam, Aelianus Graecus
fol. 45.
Machmes Aracensis ex uersione Ti-
burti.
Diodotus astrologus, Caelius 12. 9.
Astrologorum iudicia, Iamblichus Lati-
nus Basil. editionis 360. 42.
Quod nulla diuination sine astrologia sit
perfecta, Agrippa 2. 53.
De annis quos dicit Meton astrologus,
Pausaniae filius, Tzetzes 12. 399.
Apotelesmata, Caelius 12. 9.
Liber anonymus habens astrologicas
hypotheses, georgicas, & iatricas,
Graece extat in quadam Bibliotheca
Italiae.
Diuination syderalis Ramyri Gaditani.
Quid sentiat de astrologia, Marsilius 12.
26.
Mesonis assumulatus furor, ne cum Athe-
niensem reliquis Siculam iniret ex-
peditionem, quod astrorum peritia fu-

turam praenouisset afflictionem, Cae-
lius 21. 43.
Astrologiae quatenus credendum, Ioan-
Iouiniani Pontani dialogus.
De dignitate astrologiae, Phil. Melancho-
thon.
De astrologia Lucianus, interprete Des-
syd. Erasmo, primo Tomo operum
eius.
Concordia theologiae & astrologiae Pe-
tri de Aliaco.
Vnde rerum principia atque effectus in
uita existant: & quomodo astrologi,
physici, atque theologi inter se dissen-
tiant, Crinitus 17. 15.
Opera miraculorum & prophetiae non
fiunt aliqua uirtute stellarum, sed Dei,
&c. Iamblichus Latinus Basiliensis
editionis 253. 28.
Communis religio non fit a stellis, Mar-
silius 7. 20.
Diuina lex fieri a caelo non potest, sed
forte significari, Marsilius 7. 19.
Pius dominabitur astris, Marsilius 6.
34.
Christiana religio non fit a stellis, Mar-
silius 7. 21.
Responsum de genesi, quod iudicium sit
fallacissimum, Marsilius 7. 35.
Religiones falsas, & superstitiones om-
nes ex astrologia & syderibus proflu-
xisse, Caelius 9. 20.
Coelestia obseruantes maxime fuisse in-
felices, Caelius 14. 9.
Planetarum, mathematici, diuini, astrolo-
giae irrisio, ibidem.
Dissertatio Phauorini philosophi aduer-
sus eos, qui Chaldaei appellantur: &
ex coetu motibusque syderum, & stella-
rum, fata se hominum dicturos polli-
centur, Gellius 14. 1.
Cum primum fatum astrologorum im-
pugnare nitimur, expugnamus, Mar-
silius 4. 44.
Contra astrologos libri 12, Ioan. Pici Mi-
randulae.

Quantum

Quantum astronomi metiuntur, tantum astrologi mentiuntur, Marsilius 4. 36.
Cœlum pollicetur bona, uirtus præstat, Marsilius 5. 47.

Mala non sunt ab astris proprie, sed ex defectu uel materiae uel consilij, Marsilius 3. 22.

Multa quæ stellæ significant, dæmones persuadent, nos agimus, Marsilius 8. 42.

Contra astrologorum ex astris in uniuersum, maxime uero ex cometis prædictiones superstitiones, Ioan. Ferrerius Pedemont. in libello de uera Cometae significatione.

Contra mathematicos, Aurelius Augustinus, Tomo quarto operum eius, Quæstione 45. in libro 83. Quæstionum.

Contra astrologiam, Io. Fr. Picus.

Cōtra astrologos, Henricus de Hassia, & Marsilius Ficinus.

Disputatio contra iudicium astrologorum, Marsilius 4. 51.

De uanitate & peccato superstitionis astrologiæ, Brunfelsius Pandect. lib. 12.

Contra astrologiam iudiciariam aliquid scripsit Hieronymus Sauonarola.

An stellæ agant, Plotinus.

¶ De astrologica ueritate Lucius Belantius.

De astronomica ueritate Philip. de Soldeuilla.

Apologia pro astrologia contra Ioan. Picum Iacobus Schœnheim.

Astrologiam defendit Iacobus Gohonhemez.

Apologia Marsilij Ficini, quod astrologia & medicina sacerdotibus conueniat.

Astrologiæ defensio, Gondisaluus Toledo, & Io. Abiosii.

Astronomiæ defensio Conradi Heingarter Tigurini, & Gabrielis Perouani.

Cur astrologorum iudicia plerumque fallant, Geor. Trapezuntius.

¶ Aphetica in cœlo quæ dicantur, Cælius 21. 5.

L. Gauricus annuas mensuras, ac diurnas progressiones Apheticorum quinque locorum examinauit.

TITVLVS II. INTRODV=

tionones seu Institutiones, Electiones, Interrogationes.

Astrologiæ partes, Cælius 12. 9.

De iudicijs astrorum, Alcabitius.

In iudicia astrorum Alchibitij commentaria Ioannis de Saxonia.

In astronomiam Alchabitius uel Abdilazus; aliàs, Isagoge Alcabitij ad magisterium iudicij astrorum.

Io. Schoneri introductorium.

De iudicijs erigendis Io. Schonerus.

Isagoge in totam ferè astrologiam Lucae Gaurici.

Isagoge astrologiæ, Pauli philosophi.

In astrologiam isagogicus tractatus Eberhardi Schleüsinger Tigurini.

De introductorijs iudiciorum, Leupoldus de Austria libro 4.

Quæstiones astrologiæ in Speculo Bartolemæi Sibyllæ.

Astrologica ad iudiciũ multa apud Hieronymum Cardanũ in Supplemento Almanach.

De definitionibus & terminis astrologis. Otho Brunfelsius.

¶ Quod totus sublunaris mundus, & quæ in eo sunt, planetis distribuitur, Agrippa 1. 30. Item in præcedentibus septem capitibus singillatim.

Felicia ad philosophiam auspicia à Mercurio & Saturno & Sole, signa legitima Platoni, Marsilius 12. 12.

De obseruatione stellarum fixarum, earumque naturis, Agrippa 2. 31.

De imaginibus Zodiaci, quas insculptæ à suis stellis suscipiant uirtutes, Agrippa 2. 36.

Cur stellarum errantium aliæ aduersæ nobis sint, aliæ prosperæ, Macrobius in Somn. 1. 19.

An planetæ afficiantur uaporibus terræ, Cælius 1. 16.

De stellis beibenij, Hermes.

De naturis planetarum Vestij Valentis libellus, ex primo libro Floridorum eius.

De planetarum naturis, Georgius Colinutius.

De significationibus planetarum Theobith ben Corath.

- Quando planetæ sint potētoris influen-
tiæ, Agrippa 2. 30.
- Decreta planetarū, Ioach, Camerarius
transtulit è Græco. Vide Tomo pri-
mo ubi & alia astrologica opuscula
per Camerariū ædita recensuimus.
- De animantibus, arboribus, lapidibus,
quæ naturali consensu cum Solis &
Lunæ uiribus consentiant, Crinitus
24. 6.
- Tres gratiæ & tres planetæ, Marsilius
7. 11.
- Lunam amatoribus præesse, Cæl. 5. 6.
- Cur Lunulas gestarint in calceis Roma-
ni ueteres, Cælius 20. 28.
- De Luna, Pontanus de stellis lib. 1.
- De natura Lunæ, Plinius 2. 9.
- Lunæ significatio in signis Græce & La-
tine Ioachimo Camerario interprete.
- De Lunæ effectib. in corpore, Macro-
b. Satur. 7. 16.
- Lunæ expositæ carnes cur citius com-
putrescant quàm Soli, Plutar. Symp.
3. 10.
- Cælionis (in materie secanda) Lunæq̃
tempus spectandum, Valturius 11. 3.
- De 28. mansionibus Lunæ, earundēq̃
uiribus, Agrippa 2. 33.
- Quæ bruma augeri minuiq̃ sit obserua-
tum à Stoicis ex Lunæ uiribus, Cri-
nitus 4. 6.
- De Sole, Pontanus de stellis lib. 1.
- De Solis prognosticis, Pontanus de stel-
lis lib. 1.
- De conuersione foliorū in arbore olea,
brumali & solstitiali die, deq̃ fidibus
id temporis ictu alieno sonantibus,
Gellius 9. 7.
- De Venere, Pontanus de stellis lib. 1.
- De Mercurio, Pontanus de stellis lib. 1.
- Venus Martem, Iupiter Saturnum do-
mant, Marsilius 3. 9.
- Iupiter & Venus Martē domant, Mar-
silius 8. 50.
- Saturni Martisq̃ natura, Marsilius 6.
24.
- Concordia Iouis & Solis : Concordia
collegarum, Marsilius 10. 35.
- Similitudo Mercurij ac Saturni, Marsi-
lius 12. 5.
- Qui planetæ diurni sint, & qui noctur-
ni, Pontanus lib. 4. de stellis,
- De iudicijs siue significationibus 12. lo-
corum domus signiferi.
- Planetarum imaginum uires in Magia,
Agrippa lib. 2. cap. 38. usq̃ ad 44.
- Decreta planetarū in singulis locis Zo-
diaci : atque hæc Latina quoq̃ facta
sunt; ijsq̃ adiectus est libellus de na-
tura planetarum per Ioachimum Ca-
merarium.
- Astrologica de partibus Zodiaci, He-
phæstionis; aliàs, De 12. cœli locorum
appellatiōibus & effectiōibus Græ-
ce et Latine Ioachimo Camerario in-
terprete.
- De domiciliōrum cœli distinctione, Io-
de Monteregio.
- Domuum cœlestiū descriptio per Theo-
dosium philosophum.
- De 16. cœli regionibus, & quæ numina
cuiq̃ sint adscripta, ex Mineo Capel-
la relatum; & alia obiter addita, Cri-
nitus 6. 7.
- Qui planetæ quibus signorū dominan-
tur triangulis, Pontanus lib. 4. de
stellis.
- De aspectibus planetarum, Matthæus
Guarimbertus.
- De planetarum receptionibus siue de
interrogationibus, Messahallach.
- De significatione triplicitatum ortus,
Bethem.
- Alcabitium de Planetarum coniunctio-
nibus exposuit Ioan. Hispalensis, &
Io. de Saxonia.
- Planetarum epoche quid : de trigono,
quadrato, hexagono, & diametro pla-
netarum, Cælius 1. 16.
- De electionibus, Zahel, & Leupoldus
de Austria libro 9.
- De electionibus cōmunibus Io. Scho-
nerus.
- De naturali seu astronomica (non necro-
mantica & diabolica) imaginum sci-
entia, Leupoldus de Austria libro 9.
- De obseruatiōe horarum planetariarū,
Agrippa 2. 34.
- De quæstionibus libro 8. Leupoldus de
Austria.
- De intentionibus, quarum scientia est
admirabilis & stupenda; Leupoldus
de Austria libro 10.

De interrogationibus astrologicis, Zahel.

TITVLVS III. DE IVDICIIS
astrologicis præcepta uniuersalia Ptolemæi & aliorum: siue, De authoribus qui totam astrologiam complexi sunt.

Tetrabiblus Cl. Ptolemæi de iudicijs astrologicis, uel Apotelesmatū libri 4. Quadrupartitum uulgò uocāt. Quadrupartitum transtulit & exposuit Ioachimus Camerarius.

In idem opus commentaria Græca Procli Venetijs extant ad S. Antonium; & alia Græca innominati interpretis Romæ seruantur in Vaticana bibliotheca; & Bononiæ ad S. Saluatorem, & Venetijs apud Hurtadum Mendozzam Cæsaris legatum.

Georgij Vallæ in Quadrupartitum commentarij impressi: & alij Hali Rodam.

Eruditiones ad Apotelesmata Ptolemæi per Aug. Niphum.

Albumasaris Apotelesmatica etiã Græce extant.

Ioan. Hispalensis Quadrupartitum Astrologiæ.

Centiloquium, uel centū sententiæ aut Aphorismi, uel Fructus Cl. Ptolemæi.

Centiloquiū Ptolemæi transtulit & commentarijs ornauit Io. Iouin. Pontan. In idem cōmentaria reliquerunt Hali Rodoham, & Georgius Trapezuntius.

Centiloquium Bethem de astrorum iudicijs & horis planetarum.

Almanforis astrologi propositiones siue iudicia astrologica, interprete Tiburtino Plato.

Hali aben ragel de astrorum iudicijs. Eiusdem Signaliū astronomiæ liber, uide Tomo 1.

Aegidius de Thebaldis transtulit libros Hali aben ragel, & Hali Rodam.

Geberi Arabis de astrologia libri 9.

M. Manilius scripsit Astronomicon libri quinque, ad Cæsarem.

In Manilij astrologicos libros cōmentarij Laurentij Bonincontri Miniaten.

Georgij Vallæ de astrologia libri 4. Ioan. Muntz scripsit prognostica à stellaris sumpta.

Leopoldi ducatus Austriae filij de astrorum scientia libri 10. nō tam quod ad motus, quàm quod ad effectus eorū. Eiusdem apologia quædam.

Aphorismi astrologici Ludouici de Rigij.

Astrologica Raph. Volaterrani, et Christiani Molitoris.

Astrologia sex partium, Guidonis Bonati.

De figuris stellarū helionoricis libri 2. Aug. Niphi.

Raymundi Lullij astrologia.

TITVLVS IIII. ASTROLOGIA
quatenus medicis sit usui.

Mercurij Trismegisti medicatiōes ad astrologicam rationem, Græce. Vide Iatromathematica in libro de medicina.

Applicatio astrologiæ ad medicinam, Ioannis de Montereio, et Georgij Collimitij.

Astrologia naturalis, Ioannis de Indagine.

De Astrologiæ & medicinæ conuenientia Hermolaus Barbarus.

¶ De diebus criticis uel decretorijs, August. Niphus, Io. Fernelius in Monasterio; & Io. Fracastorius.

De eisdem Canones Georgij Collimitij.

De criticorum dierum causis, Andreas Thurinus.

Plura uide in Medicina.

TITVLVS V. DE PROGNOSTICIS
ex astrologia, in temporum & tempestatum mutationibus, in genere. Nam alia quædam particularia prognostica, & aliunde sumpta in Meteoris posuimus.

DE significatione assignatione uentorum & quomodo hyems et æstas fiat, Plutarchus de placitis 2. 19.

Prædictiones Lucæ Gaurici usque ad annum 1552.

Ad annos 20. prognosticon Pauli Mittelburgij.

Ioan. Carionis reuelatio ueræ cœlestis

- influentiæ, ab anno 1540. usque ad 1550. ædita Germanice. Vide plura præcedente libro, Titulo 2.
- Qui nostris temporibus practicas cum Calendarijs suis ædiderint, id est, prognostica uariarum mutationum, earum etiam rerum quæ supra naturam sunt, quoniam ut plurimum falsis & ridiculis diuinationibus utuntur, sutores ultra crepidam, hic locum occipere non merentur. Etsi nonnullos modeste & cum laude intra terminos artis uersatos sua cõposuisse sciã, tamen & illos anonymos præteribo, ne cæteris bilem eò magis moueam.
- In quota signorum parte dierum contingant mutationes, Cælius 1. 21.
- Astrologia nautica, secundum Solis, Lunæ, syderumque obseruationem, Valurius 11. 8.
- Quid quoque mense in agro fieri oporteat, Plinius 18. 26.
- Ne agricolæ aspiciant stellas, sed magis tempora serendæ frugis, & ortus occasusque syderis in quibusdam herbis, Plinius 18. 27.
- De probatione scientiæ impressionum, & quid sit hæc sciëntia, Leopoldus de Austria lib. 3.
- De iudicijs siue significationibus temporum in iudicijs, Zahel.
- Qualiter prouinciæ & regna planetis distribuuntur, Agrippa 1. 31.
- De calamitatibus rerum humanarum Augustinus Niphus. Est autem (ut audio) erudita tractatio secundi quadripartiti Ptolemæi.
- De falsa prognosticatione diluuij, quæ ex conuentu omnium planetarum, qui in piscibus continget, anno 1524. diuulgata est, Aug. Niphus.
- Ioan. Estuidi Anglicana Summa de Astrologia.
- De accidentibus mundi in genere secundum significationes stellarum, Ioan. Estuidi in prima parte Summæ Anglicanæ.
- De mutationibus aeris, quod ad tempestates, pestilentiam, uilitatem aut caritatem annonæ, & ad bella. Ioan. Estuidi in secunda parte Summæ Anglicanæ.
- De annorum mundi reuolutionibus Messahallach.
- De annorum reuolutionibus, Leopoldus de Austria lib. 5. Est autem practica annua de iudicio anni.
- De ratione circuli & stellarum, Messahallach.
- De planetarum coniunctionibus epistola 12. c. Messahallach.
- Tempestatum prognostica Theonis Alexandrini; et Arati in Phænomenis.
- Stellarum inerrantium significationes Cl. Ptolemæi, Nicol. Leonico interprete.
- De stellarum fixarum naturis & situ, Alfonso.
- Opusculum Repertorij, Prognosticon in mutationes aeris, tam uia astrologica, quam meteorologica, uti sapientes experientia comperientes uoluerunt, perquam utilissime ordinatum. Liber hac inscriptione, cum astrologia medicorum Hippocratis, impressus est Venetijs 1485. in 4. chartis 12. Ex præfatione authoris incerti. Utilitas operis in hoc consistit, ut uidelicet absque plurium librorum inspectione sententias plurium doctorum facilius & citius possimus ad inuicem comparare, & collatione facta ad inuicem, ad minus illa, in quibus magis cõcordare uidebuntur temporibus & climatibus nostris per experientiam certam comprobentur & approbentur, &c. Sunt autem 7. partes. Prima pars est quasi introductorium sequentiũ, & est de natura coeli & stellarum, quatuor etiam temporum anni, & climatum, atque prouinciarum terræ. 2. Secunda est de iudicijs uniuersalibus mutationum aeris per coniunctiones magnas & eclipses, & per introitum Solis in punctis æquinoctialibus & solstitialibus, et locis alijs determinatis in Zodiaco signorum. 3. Est de iudicijs uniuersalibus per coniunctiones & oppositiões luminarium. 4. De iudicijs particularibus, quæ non solum fiunt per coniunctiones & oppositiões luminarium, sed etiam per alias figuras particulares. 5. De iudicijs per coniunctiones & aspectus Lunæ cum alijs stellis, & aliarum stellarum ad inuicem,

uicem, & de praesentia Lunæ, & aliorū à sole in certis locis Zodiaci, 6. De hora pluuiæ, & ubi & quando fortior et debilior fuerit: & quæ sint loca apta ad hoc, & de duratione eiusdem, 7. De mutatione aëris per signalia superiora, quæ per meteororum scientiã habent cognosci; & quædam alia signalia uulgariter approbata.

De aëris mutationibus libri 6. Leopoldi de Austria.

De maximis regnorum mutationibus prognosticon Antonij Torquati.

De stellis emicantibus, Seneca in naturalibus quaestionibus.

De stella, magis, & innocentibus, Sermo Cypriani.

De cometis multa sunt in Camerarij opere de ostentis.

De cometa Iac. Locher Philomusus.

De cometis Iacob. Angelus Vlmensis. Vide plura in Meteoris.

Eberhardi Schleüsinger, physici Tigurini, de Cometis tractatus, manuscriptus in 4. chartis 5. extat in Bibliotheca Tigurina, diuisus in partes duas, quarum tituli præponuntur initio.

Vide qui Astrologiam integrã scripserint, Titulo 3.

TITVLVS VI. GENE
thiologica, quod ad iudicia natiuita-
tum et reuolutiones.

Vide qui Astrologiam integram scripserint, Titulo 3.

Astronomicorum siue Matheseos Iulij Firmici libri 8. recogniti per Nicolaũ Prucknerum.

Iulij Firmici de dño genituræ & Chronocratore liber 1. Non extat.

De rebus cœlestibus libri 14. Ioannis Io uiniani Pontani, operũ eius Tomo 3.

De stellis libri 5. Io. Iou. Pontani.

In astrologia fragmẽta Antonij de Montulmo.

De natiuitatibus Petrus de Apono, Abraham Iudæus per Io. Dryandrum recognitus, Alubather Arabs, et Io. Schoneri libri 3. Norimbergæ editi.

Canones natiuitatum Io. Schoneri.

Introductio in iudicia astrorum Abrahami Iudæi.

Ratio orbis solaris siue Zodiaci, Græce, et Latine Ioachimo Camerario interprete.

De iudicijs natiuitatum, Io. Lucilius.

De natiuitatibus astrologia Arcandam; & Leopoldi de Austria libro 7.

Genethiliacus est tertius liber Quadripartiti Ptolemæi.

Summa astrologica in materia natiuitatum Nicolai de Comitibus.

De reuolutionibus natiuitatum & temporaria potestate planetarum, Hali Abenragel.

De natiuitatibus Homar astronomus, castigatus & auctus per L. Gauricũ, additis etiam alijs quibusdam Georgij Trapezuntij, & Hali Abenragelis, liber impressus Venetijs 1525.

Genituræ in cœlo loca, Cælius 2. 9.

Genituræ cardines, Cælius 10. 1.

De domino genituræ Iulius Firmicus.

Genituræ 67. insignes casibus & fortuna, cum expositione Hieronymi Cardani.

De horoscopijs Alchandrinus.

Horoscopion liber impressus, nescio cuius authoris.

Ioachimi Ringelbergij horoscopus.

Decemiorum decreta ex Firmico Martino.

Icadistæ qui dicantur, Cælius 20. 31.

Tetradistæ qui, Cælius 20. 3.

De hoc, Quarta Luna, ut apparet, genitus, alijs laboro, Tzetzes 12. 417.

Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat eorum, qui ante noctis horã sextam, postuẽ eam nati sunt, Cælius 3. 2.

De conceptu natorũ Lucas Gauricus.

Climactericos annos à Ptolemæo haudquaquam probari, Cælius 21. 2.

Androcles annus & climactericus, Cælius 22. 12.

Ex diuersis cœli habitibus diuersos eudere hominum mores, Cælius 18. 18.

Positio aspectusq; planetarum ingenio conferentium, Marsilius epist. 3. li. 9.

Septem planetis ætates 7. congruæ, Proclus in Alcibiadem, Basiliẽ, editionis 432. 36.

Quod hominũ ætas certis temporibus ad planetas referatur, Crinit. 23. 12.

DE ASTROLOGIA TITVL. VI.

- Prædictiões ex stellis in horoscopo constitutis, Pontanus libro 3. de stellis.
- Iupiter amicus per Mercurium constat amicos, Marsilius 12. 16.
- Quibus uiribus polleant septem planetæ in hominum corpore ex Arabum libris, ac de duodecim signis eorūq; potestate ex ueterum sententijs, Crinitus 12. 2.
- Aetates humanas planetarum cōsequi rationem, Cælius 19. 22.
- Tria uideri necessaria genethliacis: horoscopi enotationem penè haberi impossibilem, Cælius 12. 10.
- De natali die P. Vergilius Maro.
- De natali Commodi imperatoris, Crinitus 2. 1.
- De natali Alexandri Magni, Crinit. 1. 15.
- Filij Solis dicuntur, quibus nascentibus Sol aspirat, Sol in Leone in nona cœli plaga. Marsilius 10. 9.
- De dieb. quibus insignes homines sunt editi in lucem, Plutarch, Symp. 8. 1.
- Oraculum Alfonsi regis ad Ferdinandum filium. Marsilius 6. 13. parte epistolæ 26. ubi diuinationo continetur.
- De more natalem colendi diem, Polydorus 6. 7.
- In natalem suum, Ouidius Tristium 3.
- Celebrat uxoris natalem, Ouidius Tristium 5.
- Ob diem natalem Imperatoris uota, C. Plinius lib. 10. epistolarum.
- Responsio desideranti natalem suum, et reliqua, Marsilius 9. 18.
- De die natali, Censorinus.
- ¶ Dierum superstitosæ obseruationes in Astronomicis dicte sunt, Titulo 7. de ratione temporū, quāuis ad astrologiam magis pertinebant.

FINIS LIBRI IX. DE ASTROLOGIA.